Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

, 14.

Cod. XIII.

Chartac. Fol. Sec. 17.

1.
f. 13.

Plura in hoc codice, non ab una manu scripta continentur.

1.

Calendarium 6 mens. Populi Rom.


fol. 1-9

Calendarium sex mensium, cum festis diebus populi romani. Invenitur etiam in editionibus Ovidii Nasonis studio B. Crippingii, Amstel. 1702. 8. Tom. 3. p. 2. et P. Burmanni, Amstel. 1727. 4. Tom. 1. p. 1. Sed scriptor codicis nostri plerumque addidit commentarium, vel ex libris Fastorum Ovidii, vel aliunde prosaicum. Sic prima die Januarii commentatur in hunc modum: "Est festum Jani, a quo mensis Januarius dicitur. Sic "enim ait: Profideo foribus cali cum mitibus horis. et "redit officio Jupiter ipse meo (a) ch: Utinam inter. "pres noster hunc ducem semper esset sequutus; sed rursum teneatis amici, undecima s. III idibus: Januarii ita deli. "rat: "Pontificale sacrificium carmentis: In eodem die "est templum Inturna s. sic, loco Juturna s. consecratum. "Hoc Carmentis ea die Romam venerat, secumque cali. "nas literas attulerat. Pontificale sacrificium dicitur "eo quod Pontifex illa die Missam celebrabat". Folio nono in calce Calendarii addit: "Quando recessit Ovidius "a Roma sex liberos hujus operis pre nimio dolore "combussit." Brevenser interrogatur. Illud autem opus "horum scilicet sex mensium quidam ex amicis suis "habebat; et ideo non est combustum." Bene si in. dagatur de sex libris Fastorum deperditis. Quid autem de hoc Calendario censendum sit, docet Heinsius in prefatis editionibus operum Ovid. Nason. "Kalendari. "um, inquit, quod vides, cum in vetustis membranis re. "perissem, quamvis mendosum foedeque depravatum "multis partibus, et ab homine hujus argumenti non sa. "tis perito confectum "el. In codice 8 prima folia oblu. pat.

(a) Fastor. l. 1. v. 123.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

, 15.



Cod. XIII. n. 2. 15.

Ottonis Frising. et Radevici canon. libri 4 de rebus gestis Friderici I. Imper.

2. f. 12 – 205 v

Ottonis Frisingensis episcopi libri II. et Radevici Appendicis libri II. de rebus gestis Friderici I. Imperatoris. Hos libros ex Mss. Caesareis rindob. castigatos edidit Muratorius de Scriptor. Rer. Italic. Tom. 6. p. 639. et: Facies codicis nostri haec: Praecedit epistola Friderici I. Imper. ad Ottonem Frising. patruum suum, in qua hujus ingenium et studium laudatur, quidve per quinquennium gestum sit, ab ipso Friderico breviter exponitur. Hanc excipit tabula capitulorum tam Ottonis, quam Radevici, qua quidem in materia, non autem in numero cum editione Muratorii conveniunt. Post haec sequitur Prologus Ottonis ad Fridericum: "Omnium qui ante nos res gestas scripserunt." Denique ipsum opus inchoatur: "Cum sub imperatore Hainrico". Progreditur codex noster usque ad Ottonis lib. 2. c. 26. verba: "ad confuetа priorum virtutum se vertit insignia"; vid. Murat. p. 728; ubi lacuna est ad finem usque lib. 2di. Eodem modo initium Appendicis Radevici deest; codex enim noster incipit verbis: "Largitione pecunia milites", lib. 1. cap. 20. pag. 738. Cetera omnia cum editione Muratorii consentanea deprehendi.

Otto Henrici IV. Imper. nepos, filius S. Leopoldi Marchi. Austr. et Agnetis, sororis Henrici V. Imp. Frater Conradi III. Imp. et Friderici I. Patruus, ab ao 1138. Frisingensis episcopus fuit. Pluribus Scriptis clarus, obiit non 1159, uti Baronius ait, sed ao praecedenti 1158. Vid. Muratori. loc. cit. et Radevici Append. lib. 2. c. 11. Fabr. Bibl. Lat. med. et inf. aet. Tom. 3. p. 186.

Radevicus Frisingensis Ecclesiae Canonicus, Ottonis erat amanuensis, et post laudata Ecclesiae praepositus. Continuavit vitam Friderici I. duobus libris; Scripsit duplex Epitaphium Ottonis Episc. et ante Fridericum obiisse fertur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

, 16.

Hermanni Altachensis Abbatis Chronicon, cum Continuatione Henrici Steronis, et fratrum Udalrici et Chunradi Welling.

D. f. 206 - 307

Chronicon Hermanni Abbatis Altaichae inferioris, cum Continuatione Heinrici Stero, ejusdem monasterii monachi, et Fratrum Udalrici et Chunradi Welling, monachorum ad. SS. Udalric. et Afram.

Priusquam de Codicis nostri praestantia agam, operae pretium erit, quid de hoc Chronico inter Eruditos fiam, certumque sit, praemittere. Primus, qui ejus operis exstat, morit, Joan. Aventinus fuit, qui instituto per Bojariam itinere literario ao Christi 1517. Altaham inferiorem accessit, et repertis ibidem, nec non in Osterhovensi asceterio monumentis, in Syllabo auctorum monumentorumque Hermannum praemisit. Proximus ab Aventino Historiographi nostri meminit Gasp. Bruschius, qui et ipse in eodem monasterio ao 1552 hospes diversatus Abbatum ejus Catalogum texuit, ubi ita de nostro: "Hermannus Abbas XXXVII Chronographus Coenobii sui etc. Decessit ex hac misera vita ao Ch. 1272." Inter editores hujus Chronici (ab ao 1266 - 1300:) primus erat Marq. Freherus doctus, et sagax antiquorum monumentorum Strutator; sed Henrico Steroni adscripsit, deceptus elogio, quod in fine operis Henricus ille Stero, Hermanni Capellanus addidit, quodve Freherus ita accepit, ac si integri Chronici auctorem se ferret Stero, et falsus ipse mox et Henr. Canisium in eundem induxit errorem, hic Jac. Basnagium et Vossium, et Vossius, quotquot eum exscripserunt, Lexicographos.

Script. rer. German.

antiquar. lect.

Post Freherum alter Hermannum recusum dedit Henr. Canisius, qui beneficio Marci Velseri codicem nactus ex Udalriciana Augusta Hermanni Annales multis partibus auctiores, (ab ao 1152 - 1300:) sed et ipse sub Heinr. Steronis nomine edidit. Struvius Freheriana Scriptorum collectionis restaurator eruditus tandem, quod res erat, conjecturâ ex parte saltem assecutus est. Nam in praefatione ad Steronem (a) Chronicon Augustense ab ao 1152 - 1279. Hermanno, sed a Sterone interpolatum; ab ao 1279 - 1300 Steroni; cetera usque ad ao 1294. Germanis fratribus Ud. et Chunr. Welling adjudicavit. Tam feliciter divinandi ansam ei praebuit auctoritas gravissimi Andr. Brunneri, qui annal. Boji. P. I. lib. 4. exeunte, ad annum 1272 conqueritur: "Quando hic quoque fidissimus dux Hermannus Altahensis

(a) Script. rer. germ. edit. Struv. T. I. p. 882.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

, 17.

" Abbas, cujus annalibus, qui Sterono vulgo attribuuntur
" diu usi sumus, nos deserit".

Nouissime tandem Oefelius rer. Boic. Script. T. I. p. bib. ex Apographo J. Arentini ad duorum Codicum Mss. Altah. et Osterhov. fidem descripto, Annales Hermanni ab ao 1146. – 1293 publici juris fecit, verogs Authori restituit.

Jam ad codicem nostrum, qui et Hermanno et Sterono, quod cuique suum est, tribuat, et litem Sagacium hujus operis editorum componat. Ystium hoc est:

" Anno Dni M. et C° VI Mediante M. J: Henrico: junior
" tacitus apud Mogontiam factus est in natali domini
" co totius regni teutonici conventus, quantus per
" multa annorum curricula nunquam est visus. Re-
" ferunt enim qui aderant, LII ibi primates vel eo
" amplius affuisse; adeo ut solus dux Saxonia magnus
" nomine, quem jam grauior etas impediebat, notaretur
" defuisse. Ybi Superuenientes apostolice sedis legati
" Episcopus Secundus Albanus cum Constantiensi senten-
" tiam anathematis in M. J: Henricum: Seniorem dictum
" imperatorem a bo: sibi Succedentibus Apostolicis Sepi-
" us Sepiusque promulgatum Scriptis simul et dictis,
" testificantes, universam multitudinem imo toto orbe
" diffusam ecclesiam ab ejus comunione Abi et beati P.
" tri auctoritate multis jam anis Sequestratam con-
" firmabant. Qua de causa dum ipse se de castello, quo
" manebant, Mogontiam exhibere tentaret, principes
" propter cauendum tumultum vulgi, sua potius quam
" filii parti fauere solentis, ipsi in Ingelheim occutrerent,
" tandemque generali istum circumvenientes consilio us-
" que ad reatus confessionem Satisfactionisque professionem
" perduxunt. Cui tamen legati comunionem seu paeniten-
" tiae modum absque generali Sinodo et apostolicae sedis
" sionis censura reddere ad presens non possent. Ysse par-
" tis utriusque consilijs anuens Regalia vel imperialia
" insignia regni romani, crucem scilicet, et lanceam,
" Sceptrum, globum atque coronam filio potestati tra-
" didit, prospera illi imprecans, illum primatibus mul-
" to fletu comendans; et extunc juata sani sacerdotis
" totius ecclesie decreta sua consulturum anima pro-
" misit. Hoc ordine M. illius nominis quintus primum
" a patre, deinde ab universis regni principibus in re-
" gem jam Secundo electus, ab apostolicis quoque
" legatis per manus impositionem catholice confir-
" matus, acceptis tam ab episcopis quam laicis juata
" morem patrie sacramentis, regnare cepit LXXXVIII.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

, 18.

„loco ab Augusto, ano ab urbe condita M. D. C.C.C. LVII. „Dominicæ incarnationis vero ut dictum est."

Hæc unde sumta, mihi non liquet. Habent quidem Analogiam cum iis, quæ narrat Otto Frisingensis in Chronico (a) cap. XI. Sed minor est, quam ut pro iisdem haberi posset. Hermannum vero prædicta [: undeunde depromta :] ante oculos habuisse, mox patebit. Sequitur in Ms. nostro:

„Eodem ano profuit Abbas Egino monasterii Sanctorum „Udalrici et Afræ in Augusta". Hæc procul dubio adjecta sunt a fratribus Ud. et Cunr. Welling, de quibus infra dicetur. Prosequitur codex noster:

„M.C.VI. ano. Hucusque auctor presentis libri tam „ex Orosii quam ex Eusebii, et eorum, qui post ipsos „scripserunt libris collecta posuit. (b) Cætera quæ se„quuntur usque ad anum Domini 1146. ex chronicis „Ottonis Frisingensis episcopi posita sunt et sumpta. „Illa vero quæ postea continentur Ego „Hermannus Abbas Althahensis licet in„dignus ex diversis chronicis et privilegi„is undecunque colligendo, cum his quæ tem„poribus meis contingunt de ano ad anum „simplici stilo annotare curavi, ne forte in nro „monasterio facta hujus malitiosi temporis ab ho„minum memoria penitus laberentur."

Ea hoc testimonio, quod omni exceptione majus est, utpote ab ipso authore datum, et, quantum scio, in nullo codice [: nec illo quem Plac. Braun ex Bibliotheca ad SS. Udal. et Afram novissime produxit (c), excepto :] inventum, sequentia prodeunt; 1. Prædictum fragmentum non esse Ottonis Frisingensis, sed anonymi chronographi, cujus maximam partem Hermannus descripserat, et adhuc in Bibliothecæ pulvere forte sordescit. 2. Chronicon Ottonis Frisingensis ab ao 1106. usque 1146. [: Urstis. a cap. 11. - 34. inclus. id est a pag. 145. - 138. :] ab ipso Hermanno Annalibus suis fuisse præfixum, et ipsissimum post ultima Ottonis Frising. verba: „metam et articulum ponamus" addidisse: „Hucusque Otto Frisingensis Episcopus chronicam suam perduxit", Ms. nostr. fol. 18. p. 1. 3. Hermannum annales suos ab ao 1146. inchoasse. Unde Freherus, Canisius, et Basnagius, qui eos Steroni concedunt, et Struvius, qui initium eorum posuit ad ao 1152., injuste

(a) Chr. Urstisii, germ. Historic. illustr. p. 144.

(b) Eadem verba leguntur in Otton. Frising. chron. l. 8. Urstis. nisi quod Otto in prima persona loquatur, nempe: Hucusque tam ex Orosii quam Eusebii, et eorum, qui post ipsos usque ad nos scripserunt, libris collecta posuimus.

(c) Not. hist. Literar. de Codd. Mss. vol. 2. p. 106.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

, 19.

detraxisse convincuntur; Oeffelii autem Sententia, annum quidem 1146. assignantis, sed levi solius Aventini authoritate nixi, ab ipso Authographo firmatur.
Genuinus itaque Hermanni labor hisce orditur: "His temporibus Rogerius siculus Apuliam rursus ingressus," et finitur ao 1279 his verbis: "Eodem ano feria V post "Misericordias Domini cathedralis ecclesia Ratisbonae "cum palatio episcopali et optimis campanis incendio "totaliter est consumta".
His in Ms. nostro imediate subjungitur alterum testimonium, Henrici videlicet Steronis, non minus notatu dignum; quove seductus Freherus Hermanni laborem Steroni attribuit; hujus tenor est:
"Eodem ao [1279] in festo S. Gregorii Dominus "Hermanus venerabilis Abbas Altahensis - - - - - "Mitram et baculum cum omni cura pastorali coram "positis fratribus - - resignavit. - - - Praedictus autem "tem Dominus Hermanus post cessionem ipsius Abbatiae "supervixit duobus annis detentus maximis infirmitatibus "- - - Obiit bono fine pridie Kal. Augusti ao vitae "sue 73. Ego Henricus Stero capelanus suus hoc addidi "videns in eo timorem Domini, et Sapientiam magnam "esse, et super omnia ipsum habere misericordiam "circa omnes homines, et alias virtutes multas, "ad testimonium sibi perhibeo, et scio, quia verum "est testimonium meum".
Hoc testimonio docemur: 1. Hermanni annales ad annum 1279. pertingere; 2. Laborem Henrici Steronis non ab ao 1152., uti Freherus, Canisius et Basnagius, neque ab ao 1262., uti Struvius putabat, exordium sumere. 3. Hermannum Abb. diem Supremum obiisse non ao 1273, sed biennio post; quo hallucinati sunt Bruschius et Lambecius.

Profatum testimonium imediate excipiunt hoc: "Ano Domini M. CC. LXXIII. Mortuo Richardo "Romanorum Rege" et quibus et sequentibus annales perducuntur ad annum M. CCC. usque. Sed quis horum Auctor? Ut nihil jam dubii supereset, codex noster etiam tertium adfert testimonium omni exceptione dignissimum. In fine Bullo Bonifacii VIII Papae, in favorem F.F. Praedicatorum et Minorum data, post ultima ejusdem verba: "volumus etiam districta ratio in extremi judicii" hoc protinus subsequuntur:
"Hucusque perducta est pars Chronicae a Henrico

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

, 20.

„Stero; cætera quæ sequuntur, apponenda sunt futuris
„temporibus. Sed tantum pauca hîc notamus, Scilicet Ego
„Ulricus Welling et frater meus Chunradus professi
„monasterii Sanctorum Udalrici et Afræ in Augusta
„Ordinis Sancti Benedicti licet indigni, ne desidiæ et
„inertiæ arguamur operam dedisse!

Ex hoc inferre licet. 1. Annales ab ano 1273 - 1300. Stero ni esse adjudicandos. 2. Horum continuationem abao 1300 - 1334. I: eo usque enim codex noster:/ fratres Welling elucubrasse; eorumque de semetipsis adfertum longe majoris esse faciendum, quam illud, quod in medium protulit Struvius, quippe a Codicis sui Scriptore adjectum, ac de fratribus Welling in tertia differendæ persona. 3. Si conjectura locus, non longe abesse quin credam, codicem nostrum vel ab ipsis fratribus Welling exaratum, vel saltem ea eorum autographo descriptum; id quod perplura etiam de Cœnobio Augustano inserta persuadent.

Cæterum instituta cum profatis editionibus collatione docuit, quædam in iis contineri, quæ in Ms. nostro absunt, in aliis hunc esse opulentiorem; Exempl o, omnium loco, sit Bulla Benedicti XII de statu animarum post mortem, in calce ad annum 1334. adjecta. Sed jam satis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1719

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)